



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Prima pœna ex igne

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Prima pœna ex igne.

Nec omnes pœnas sensus hanc pœnam ignis dicunt esse essentialem, ad proindè immobilem & inuariabilem; vnde tametsi alix pœna variarentur & mutarentur, hæc tamen semper erit stabilis & permanens, semperque Damnat: animam torquebit & affliget. Causa efficiens ignis huius est voluntas & Decretum Dei: *Flatus Domini* *Isa. c. 30.* *tanquam torrens sulphuris succedent eum: flatus Dei, qui est verbum & præceptum eius instar torrentis sulphurei accendet illum ignem. Causa materialis erit sulphur, cuius magna copia est in visceribus terræ. Pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure.* *Apoc. 21.* *Torturum pœnæ damnatorum erit ignis & sulphur, ignis in materia sulphuris, seu ignis sulphureus. Quia cum sulphur sit naturæ calidæ, valdè aptum est ad concipiendum in se ignem: & erit ignis in sulphure, non tanquam in pabulo, quod consumitur ab igne, sed tanquam in subiecto, in quo conseruetur, ad eum modum, quo ignis est in ferro cadente. Neque sulphur duntaxat, sed & Damnatorum corpora ignis huius materia erunt. Nutrimta eius ignis & ligna multa.* *Isa. 55.* *Vbi sub voce lignorum significatur Damnatorum corpora, veluti in sacro Evangelista Luca nominantur ligna arida. Qualis Luc. 23.* *erit miseria conspiciere misera illa corpora vndique ab igne penetrata, veluti terra ardentia & candētia? Quantum ad causam formalem, erit ignis ardentissimus, efficacissimus, sætidissimus. Fumus eorum ascendet in sacula* *Apoc. 19.* *saeculorum. In aspectu & visu erit terribilis, in tactu insupportabilis, in virtute insuperabilis, & per totam æternitatem inextinguibilis. Causa finalis erit manifestatio Divinæ Justitiæ. Et quem admodum Beatorum Gloria Divinam manifestabit Misericordiam; ita è contra pœni Damnatorum Divinam monstrabit Justitiam. Totus Mundus, inquit Gerson, Deo canit musicam, dū decantat eius gloriam: ipse etiam Infernus concurrat ad hunc concentum musicum declarando & manifestando magnificentiam & rectitudinē Divinæ Justitiæ: Infernus representat tenorem huius cantus, & Paradisus altum.*

Hoc

UNIVERSITÄT
PADERBORN

